

hâc de re nisi habemus, ut dixi, ex Scripturâ certum.

VERS. 51. — JURET MIHI REX SALOMON HODIE, QUOD NON INTERFICIET SERVUM SUUM GLADIO. Hinc constat quo consilio aram sibi et asylum quæsierit Adonias, nempe ut non solum sibi à præsenti, sed etiam in posterum à futurâ caveret Salomonis irâ, atque ideò jurisjurandi petit ab eo fidem, quam videlicet impetrare se posse sperabat è religioso loco, præsertim si intercederet parentis auctoritas, quem ad illam non putabat futurum esse difficilem.

VERS. 52. — SI FUERIT VIR BONUS, NON CADET NE UNUS QUIDEM CAPILLUS EJUS IN TERRAM, SIN AUTEM MALUM, etc. An hæc juramento, quod optabat Adonias, confirmaverit Salomon, ex Scripturâ non constat; sed est verisimile, promissioni additum à Salomone juramentum, neque tamen absolutè venia promittitur, sed cum eâ adjunctione, nempe si vir bonus fuerit, id est, si nihil tentaverit indignum, nihil sceleratum, aut quod aliquo modo majestatem lædat. Ubi Vulgatus, *vir bonus*, Hebr. *benchail*, id est, filius virtutis, aut fortitudinis. Filius autem virtutis et bonitatis est, qui suis imperat affectibus, qui strenuus est, et acer in frenandâ cupiditate, coercendâ avaritiâ, ambitione domandâ, qui nihil denique audeat, quod non sit à lege, rationeque præscriptum. Quomodò capillus proverbiali specie pro re tenuissimâ sumatur, diximus lib. 1, cap. 14, ad v. 45: *Si ceciderit capillus de capite ejus in terram.*

VERS. 53. — VADE IN DOMUM TUAM. Modus iste dicendi, aut dimittendi alios, quo principes utuntur, nihil, opinor, significat aliud, quàm

## CAPUT II.

1. Appropinquerunt autem dies David ut moreretur; præcepitque Salomoni filio suo dicens:

2. Ego ingredior viam universæ terræ; confortare, et esto vir.

3. Et observa custodias Domini Dei tui, ut ambules in viis ejus, ut custodias cæremonias ejus et præcepta ejus et judicia et testimonia, sicut scriptum est in lege Moysi; ut intelligas universa quæ facis et quocumquè te verteris;

4. Ut confirmet Dominus sermones suos quos locutus est de me, dicens: Si custodierint filii tui vias suas, et ambulaverint coram me in veritate, in omni corde suo

ut deinceps vitam agant privatam, neque publica curent, sed rem tractent familiarem et domesticam, neque res communes ad suam curam, et fidem pertinere putent. Sic idem Salomon, cum Abiatharem à summi sacerdotis dignitate deposuit, in agrum suum domesticasque curas abire jussit, statim cap. 2, v. 26, eisdem ferè verbis, quibus repudiantur feminae, et quasi alienæ judicantur, excluduntur domo à viris suis, et in domos suas ablegantur ut suam ipsarum rem curent, non illam quam cum viris habuerunt communem. Quare in repudio atque divortio hæc usitatæ formæ: *Res tuas tibi habeto, egredere domo, ædibus facesse, res tuas cura, et similia, et similibus verbis utitur pater, cum filium minùs quàm deceret obsequentem, aut à generis majorum nobilitate degenerem, à domo atque familiâ tanquam alienum abigit. Sic sanè Manlius Torquatus, ut auctor est Cicero lib. 1 de Finibus, et Valerius lib. 8, cap. 8, cum Silanum filium rei infideliter administratæ convictum agnovisset, sic de illo ad populum: « Cum Silanum filium meum pecunias à sociis accepisse mihi probatum sit, et republicâ eum, et domo meâ indignum judico, protinusque è conspectu meo abire jubeo. » Idem fecit David cum Absalomem quasi alienum in domum suam abire jussit lib. 2, capite 14, versiculo 24: *Dixit autem rex: Revertatur Absalom in domum suam, et faciem meam non videat.* Idem fortasse voluit, atque dixit Salomon, dum fratrem Adoniam in domum remittit suam, aut quasi alienus foret à cognatione, aut quia illi publicum omne ministerium interdixit.*

## CHAPITRE II.

1. Le temps de la mort de David étant proche, il donna ces avis à Salomon, son fils, et lui dit:

2. Je vais entrer dans la voie de toute la terre: armez-vous de fermeté, et conduisez-vous en homme.

3. Observez tout ce que le Seigneur votre Dieu vous a commandé; marchez dans ses voies; gardez ses cérémonies, ses préceptes, ses ordonnances et ses lois, selon qu'il est écrit dans la loi de Moïse, afin que tout ce que vous avez à faire et tout ce que vous entreprendrez, vous le fassiez avec sagesse.

4. Et le Seigneur confirmera la parole qu'il m'a donnée lorsqu'il m'a dit: Si vos enfants veillent sur leurs voies, et qu'ils marchent

et in omni animâ suâ, non auferetur tibi vir de solio Israel.

5. Tu quoque nôsti quæ fecerit mihi Joab filius Sarviæ, quæ fecerit duobus principibus exercitûs Israel, Abner filio Ner et Amasæ filio Jether, quos occidit, et effudit sanguinem belli in pace, et posuit cruorem prælii in balteo suo qui erat circa lumbos ejus, et in calceamento suo quod erat in pedibus ejus.

6. Facies ergo juxta sapientiam tuam, et non deduces canitiem ejus pacificè ad inferos.

7. Sed et filiis Berzellai Galaadites reddes gratiam, eruntque comedentes in mensâ tuâ, occurrerunt enim mihi quando fugiebam à facie Absalom fratris tui.

8. Habes quoque apud te Semei filium Gera filii Jemini de Bahurim, qui male dixit mihi maledictione pessimâ, quando ibam ad Castra; sed quia descendit mihi in occursum cum transirem Jordanem, et juravi ei per Dominum dicens: Non te interficiam gladio.

9. Tu noli pati eum esse innoxium. Vir autem sapiens es, ut scias quæ facies ei, deducesque canos ejus cum sanguine ad inferos.

10. Dormivit igitur David cum patribus suis, et sepultus est in Civitate David.

11. Dies autem quibus regnavit David super Israel, quadraginta anni sunt; in Hebron regnavit septem annis, in Jerusalem triginta tribus.

12. Salomon autem sedit super thronum David patris sui, et firmatum est regnum ejus nimis.

13. Et ingressus est Adonias filius Haggith ad Bethsabée matrem Salomonis. Quæ dixit ei: Pacificusne est ingressus tuus? Qui respondit: Pacificus.

14. Addiditque: Sermo mihi est ad te. Cui ait: Loquere. Et ille:

15. Tu, inquit, nôsti quia meum erat regnum, et me præposuerat omnis Israel sibi in regem; sed translatum est regnum, et factum est fratris mei: à Domino enim constitutum est ei.

16. Nunc ergo petitionem unam precor

devant moi dans la vérité, de tout leur cœur et de toute leur âme, vous aurez toujours quelqu'un de vos descendants sur le trône d'Israël.

5. Vous savez aussi tout ce que m'a fait Joab, fils de Sarvia, et ce qu'il a fait à deux généraux de l'armée d'Israël, à Abner, fils de Ner, et à Amasa, fils de Jéther, qu'il a assassinés, ayant répandu leur sang durant la paix, comme en pleine guerre, et en ayant teint le baudrier qui était sur ses reins et les souliers qu'il avait aux pieds; vous n'aurez point, comme moi, des raisons de le ménager.

6. Vous ferez donc selon votre sagesse, et vous ne permettrez pas que sa vieillesse descende en paix dans le tombeau.

7. Mais vous témoignerez votre reconnaissance aux fils de Berzellai de Galaad; et ils mangeront à votre table, parce qu'ils sont venus au-devant de moi, lorsque je fuyais devant Absalom, votre frère.

8. Vous avez de plus auprès de vous Séméi, fils de Géra, fils de Jémini de Bahurim, qui prononça contre moi des malédictions et des outrages sanglants lorsque je m'en allais au camp. Mais parce qu'il vint au-devant de moi quand je passai le Jourdain, je lui jurai par le Seigneur que je ne le ferais point mourir par l'épée.

9. Ne laissez pas néanmoins son crime impuni: vous êtes sage pour savoir comment vous devez le traiter, et vous précipitez ses cheveux blancs au tombeau par une mort violente.

10. David s'endormit donc avec ses pères, et il fut enseveli dans la Ville-de-David.

11. Le temps du règne de David sur Israël fut de quarante ans: il régna sept ans à Hébron, et trente-trois dans Jérusalem.

12. Or, Salomon s'assit sur le trône de David, son père, et son règne s'affermi puissamment.

13. Alors Adonias, fils d'Haggith, vint trouver Bethsabée, mère de Salomon. Celle-ci lui dit: Venez-vous en esprit de paix? Il lui répondit: Je viens avec des pensées de paix.

14. Et il ajouta: J'ai un mot à vous dire.— Parlez, répondit Bethsabée.

15. Vous savez, dit Adonias, que la couronne m'appartenait par le droit d'aînesse, et que tout Israël m'avait choisi par préférence pour être son roi; mais la royauté a été transférée, et elle est passée à mon frère, parce que c'est le Seigneur qui la lui a donnée.

16. Maintenant donc je ne vous fais qu'une

à te : ne confundas faciem meam. Quæ dixit ad eum : Loquere.

17. Et ille ait : Precor ut dicas Salomoni regi (neque enim negare tibi quidquam potest), ut det mihi Abisag Sunamitidem uxorem.

18. Et ait Bethsabée : Benè ; ego loquar ro te regi.

19. Venit ergo Bethsabée ad regem Salomonem, ut loqueretur ei pro Adoniâ ; et surrexit rex in occursum ejus, adoravit que eam, et sedit super thronum suum ; positusque est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram ejus.

20. Dixitque ei : Pétitionem unam parvulam ego deprecor à te, ne confundas faciem meam. Et dixit ei rex : Pète, mater mea, neque enim fas est ut averfam faciem tuam.

21. Quæ ait : Detur Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo uxor.

22. Responditque rex Salomon, et dixit matri suæ : Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ ? postula ei et regnum ; ipse est enim frater meus major me, et habet Abiathar sacerdotem et Joab filium Sarviæ.

23. Juravit itaque rex Salomon per Dominum dicens : Hæc faciat mihi Deus et hæc addat, quia contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc.

24. Et nunc vivit Dominus, qui firmavit me et collocavit me super solium David patris mei, et qui fecit mihi domum sicut locutus est, quia hodiè occidetur Adonias.

25. Misitque rex Salomon per manum Banaïæ, filii Joiadæ, qui interfecit eum, et mortuus est.

26. Abiathar quoque sacerdoti dixit rex : Vade in Anathoth ad agrum tuum ; equidem vir mortis es, sed hodiè te non interficiam, quia portasti arcam Domini Dei coram David patre meo, et sustinuisti laborem in omnibus in quibus laboravit pater meus.

27. Ejecit ergo Salomon Abiathar ut non esset sacerdos Domini, ut impleretur sermo Domini quem locutus est super domum Heli in Silo.

prière : ne confondez pas mon visage par votre refus. Bethsabée lui dit : Expliquez-vous.

17. Adonias lui dit : Comme le roi Salomon ne peut vous rien refuser, je vous prie de lui demander qu'il m'accorde Abisag de Sunam pour épouse.

18. Bethsabée lui répondit : Bien ; je parlerai pour vous au roi.

19. Bethsabée vint donc trouver le roi Salomon afin de lui parler pour Adonias. Le roi se leva, vint au-devant d'elle et l'adora, et il s'assit sur son trône ; et l'on mit un trône pour la mère du roi, laquelle s'assit à sa main droite.

20. Et lui dit : Je n'ai qu'une prière à vous faire ; ne confondez pas mon visage par un refus. Le roi lui dit : Ma mère, dites ce que vous me demandez, car il ne serait pas juste de vous faire éprouver un refus.

21. Bethsabée lui dit : Donnez Abisag de Sunam pour épouse à votre frère Adonias.

22. Le roi Salomon répondit à sa mère, et lui dit : Pourquoi demandez-vous Abisag de Sunam pour Adonias ? Demandez donc aussi pour lui la royauté ; car il est mon aîné, et il a pour lui le prêtre Abiathar, et Joab, fils de Sarviæ.

23. Salomon jura donc par le Seigneur, et dit : Que Dieu me traite dans toute sa sévérité s'il n'est vrai qu'Adonias, par cette demande, a parlé contre sa propre vie.

24. Et maintenant je jure par le Seigneur, qui m'a assuré la couronne, qui m'a fait asseoir sur le trône de David, mon père, et qui m'a fait une maison, comme il l'avait dit, qu'Adonias sera mis à mort aujourd'hui.

25. Et le roi Salomon ayant envoyé Banaïas, fils de Joiada, pour exécuter cet ordre, il péça Adonias et le tua.

26. Le roi dit aussi au prêtre Abiathar : Allez à Anathoth, dans la terre qui vous appartient. Vous méritez la mort ; mais je ne vous ferai pas mourir, parce que vous avez porté l'arche du Seigneur, notre Dieu, devant David, mon père, et que vous avez accompagné mon père dans tous les travaux qu'il a endurés.

27. Salomon relégua donc Abiathar, afin qu'il ne fit plus les fonctions de prêtre du Seigneur, et que la parole que le Seigneur avait prononcée dans Silo, touchant la maison d'Héli, fut accomplie.

28. Venit autem nuntius ad Joab, quòd Joab declinasset post Adoniam, et post Salomonem non declinasset ; fugit ergo Joab in tabernaculum Domini, et apprehendit cornu altaris.

29. Nuntiatumque est regi Salomoni quòd fugisset Joab in tabernaculum Domini, et esset juxta altare. Misitque Salomon Banaïam filium Joiadæ, dicens : Vade, interfice eum.

30. Et venit Banaïas ad tabernaculum Domini, et dixit ei : Hæc dicit rex : Egredere. Qui ait : Non egrediar, sed hic moriar. Renuntiavit Banaïas regi sermonem, dicens : Hæc locutus est Joab, et hæc respondit mihi.

31. Dixitque ei rex : Fac sicut locutus est, et interfice eum, et sepele ; et amovebis sanguinem innocentem, qui effusus est à Joab, à me et à domo patris mei :

32. Et reddet Dominus sanguinem ejus super caput ejus, quia interfecit duos viros justos melioresque se, et occidit eos gladio, patre meo David ignorante, Abner filium Ner, principem militiæ Israel, et Amasam filium Jether, principem exercitûs Juda.

33. Et revertetur sanguis illorum in caput Joab, et in caput seminis ejus in sempiternum ; David autem et semini ejus, et domui et throno illius, sit pax usque in æternum à Domino.

34. Ascendit itaque Banaïas, filius Joiadæ, et aggressus eum interfecit ; sepultusque est in domo suâ in deserto.

35. Et constituit rex Banaïam filium Joiadæ pro eo super exercitum. Et Sadoc sacerdotem posuit pro Abiathar.

36. Misit quoque rex et vocavit Semei, dixitque ei : Ædifica tibi domum in Jerusalem, et habita ibi ; et non egredieris inde huc atque illuc.

37. Quicumque autem die egressus fueris et transieris torrentem Cedron, scito te interficiendum ; sanguis tuus erit super caput tuum.

38. Dixitque Semei regi : Bonus sermo ; sicut locutus est dominus meus rex, sic faciet servus tuus. Habitavit itaque Semei in Jerusalem diebus multis.

28. Cette nouvelle étant venue à Joab, qui avait suivi le parti d'Adonias, et non celui de Salomon, il s'enfuit dans le tabernacle du Seigneur, et saisit la corne de l'autel.

29. On vint dire au roi Salomon que Joab s'était enfui dans le tabernacle du Seigneur, et qu'il se tenait à l'autel. Et Salomon envoya Banaïas, fils de Joiada, et lui dit : Allez, et le tuez.

30. Banaïas vint au tabernacle du Seigneur, et dit à Joab : Le roi vous commande de sortir de là. Joab lui répondit : Je ne sortirai point, mais je mourrai en ce lieu. Banaïas fit son rapport au roi, et lui dit : Voilà la réponse que Joab m'a faite.

31. Le roi lui dit : Faites comme il a dit ; tuez-le dans le tabernacle, et l'ensevelissez ; et vous empêcherez que moi et la maison de mon père ne soyons chargés du sang innocent répandu par Joab.

32. Et le Seigneur fera retomber son sang sur sa tête, parce qu'il a assassiné deux hommes justes et meilleurs que lui, et qu'il a tués par l'épée, sans que mon père David le sût, Abner, fils de Ner, général de l'armée d'Israël, et Amasa, fils de Jether, général de l'armée de Juda ;

33. Et leur sang retombera pour jamais sur la tête de Joab et sur sa postérité. Mais que le Seigneur donne une éternelle paix à David et à sa postérité, à sa maison et à son trône.

34. Banaïas, fils de Joiada, alla donc l'attaquer, et le tua ; et on l'ensevelit en sa maison, dans le désert.

35. Alors le roi établit, en la place de Joab, Banaïas, fils de Joiada, pour être général de l'armée, et Sadoc pour prêtre en la place d'Abiathar.

36. Le roi envoya aussi appeler Séméï, et lui dit : Bâissez-vous une maison dans Jérusalem et demeurez-y ; et n'en sortez point pour aller d'un côté et d'un autre.

37. Si vous en sortez jamais, et que vous passiez le torrent de Cédron, sachez que vous serez tué au même jour ; et votre sang retombera sur votre tête.

38. Séméï dit au roi : Cet ordre est très-juste. Ce que le roi, mon seigneur, a dit, sera exécuté par son serviteur. Séméï demeura donc long-temps à Jérusalem.

39. Factum est autem post annos tres ut fugerent servi Semei ad Achis filium Maacha regem Geth. Nuntiatumque est Semei quòd servi ejus issent in Geth.

40. Et surrexit Semei, et stravit asinum suum; ivitque ad Achis in Geth ad requiring servos suos, et adduxit eos de Geth.

41. Nuntiatum est autem Salomoni quòd isset Semei in Geth de Jerusalem, et rediisset.

42. Et mittens vocavit eum, dixitque illi: Nonne testificatus sum tibi per Dominum, et prædixi tibi: Quicumque die egressus ieris huc et illuc, scito te esse moriturum? Et respondisti mihi: Bonus sermo quem audivi.

43. Quare ergo non custodisti jusjurandum Domini et præceptum quod præceperam tibi?

44. Dixitque rex ad Semei: Tu nôsti omne malum, ejus tibi conscium est cor tuum, quod fecisti David patri meo; reddidit Dominus malitiam tuam in caput tuum;

45. Et rex Salomon benedictus, et thronus David erit stabilis coram Domino usque in sempiternum.

46. Jussit itaque rex Banaïæ, filio Joiadæ; qui egressus percussit eum et mortuus est.

VERS. 1. — APPROPINQUAVERUNT AUTEM DIES DAVID, UT MORERETUR (1). Quot anni exacti

(1) Le jour de la mort de David étant proche, il donna ces avis à Salomon, son fils: Me voici arrivé au terme où toute la terre doit arriver. Soyez ferme et homme de cœur. Observez tout ce que le Seigneur votre Dieu vous a commandé, etc.

Il est important d'écouter un si saint prince, lorsqu'il est près de mourir. Les avis qu'il donne à son fils sont dignes d'un roi qui avait appris par une longue expérience que la piété et la crainte du Seigneur étaient l'affermissement des trônes. Il lui représente le temps de sa mort comme un temps où il devait faire paraître toute la fermeté de son courage, et il semble faire consister cette fermeté dans la pratique fidèle de la volonté de Dieu, et dans l'attache inviolable à ses saintes lois.

Les gens possédés de l'esprit du monde et assujettis à ses maximes, ont peine à comprendre qu'un homme de cœur, tel que David souhaitait que fût Salomon, doive regarder la crainte de Dieu et l'obéissance à ses ordres comme la marque de la fermeté. Mais c'est

39. Mais, trois ans s'étant passés, il arriva que les esclaves de Séméi s'enfuirent vers Achis, fils de Maacha, roi de Geth; et on vint dire à Séméi que ses esclaves étaient allés à Geth:

40. Séméi fit donc aussitôt seller son âne et s'en alla vers Achis, à Geth, pour redemander ses esclaves, et les ramena de Geth.

41. Salomon, ayant été averti que Séméi avait été de Jérusalem à Geth et en était revenu,

42. L'envoya quérir, et lui dit: Ne vous ai-je point averti auparavant? et ne vous ai-je pas juré par le Seigneur, en vous disant: Si vous sortez jamais, pour aller d'un côté et d'un autre, sachez que vous serez puni de mort le même jour? Et vous m'avez répondu: Rien n'est plus juste que ce que je viens d'entendre.

43. Pourquoi donc n'avez-vous pas gardé le serment que vous avez fait au Seigneur et l'ordre que je vous avais donné?

44. Et le roi dit à Séméi: Vous savez tout le mal que votre conscience vous reproche d'avoir fait à David, mon père. Le Seigneur a fait retomber votre méchanceté sur votre tête:

45. Mais le roi Salomon sera béni, et le trône de David sera stable éternellement devant le Seigneur.

46. Le roi donna donc ordre à Banaïas, fils de Joiada, qui, étant sorti, le frappa et le tua.

## COMMENTARIUM.

fuerint, ex quo renuntiatus Salomon rex, ad Davidis usque mortem, nihil habemus ex Scri-

qu'ils ne songent pas que la vraie grandeur consiste à être soumis à Dieu, et que le moyen unique d'être élevé au-dessus des créatures, est de se tenir toujours abaissé sous le Créateur, selon ces paroles d'un saint évêque: Cui servire libertas est; nemini enim subjectus est, qui se soli Deo subiecit. Un sujet fidèle à son prince et vraiment brave, est toujours prêt à exécuter ses ordres au péril même de sa vie. Un prince fidèle à Dieu, qui l'a établi sur le trône, est prêt de même à accomplir ses divines ordonnances aux dépens de tout. Il est ferme dans cette fidélité qu'il lui doit, comme il demande que ses sujets lui soient fidèles et fermes dans leur devoir, et il regarde cette crainte du Seigneur, non pas seulement comme le commencement de la sagesse, mais comme le fondement inébranlable de ses états. C'est ce que David déclare à son fils lorsqu'il le fait souvenir de la parole que Dieu lui avait donnée.

(Sacy.)

pturâ definitum et certum. Est tamen verisimile, quod Abulensis quæst. 1, exiguum intercessisse spatium. Neque enim procul abesse poterat ab interitu, quem eò deduxisset debilitas et ætas, ut opertus vestibus frigeret tamen, ut necessarium existimarent medici à virginis calore naturali foveri. Neque ab elevato in regnum Salomone habemus aliud quàm quædam à Davide mandata accepisse novum regem, quæ habemus in hoc capite, et actum esse cum populi principibus de templi fabricâ, reque communi tam profanâ, quàm sacrâ, lib. 1 Paralipomenon, cap. 28 et 29, quæ omnia facili negotio, ac tempore perbrevis expediri poterant.

VERS. 2. — EGO INGREDIOR VIAM UNIVERSÆ TERRÆ (1); CONFORTARE, ET ESTO VIR. Phrasîs nota Hebræis, neque apud illos infrequens, quæ significat id quod extremum accidit naturæ mortali; nempe mortem, quam his fermè modis explicant Hebræi, congregari, seu, apponi ad parentes suos, dormire cum patribus suis, ingredi viam universæ carnis, aut universæ terræ. Significat ergo David jam instare sibi supremum diem, et cum regni pondus Salomonem filium expectet, quod Atlantæos humeros desiderat, hortatur, ut licet juvenis sit, neque ætate adhuc omninò confirmatus, spiritus assumat viriles, neque meditetur quæ juvenilis sunt ætatis, aut studii, sed quæ regium animum, et seniles cogitationes decent.

VERS. 3. — ET OBSERVA CUSTODIAS DOMINI DEI TUI. Usitatum est in Scripturâ valdè ut actio pro effectu sumatur, aut objecto (ut physici loquuntur) actionis. Quomodò, timor, pro re horribili atque tremendâ ponitur; quomodò dicitur: Timorem eorum ac timueritis, id est, minas, aut arma; sic Deus dicitur timor et amor, sic visio pro re visâ, auditio pro sermone, et sic hoc loco custodia pro mandatis usurpatur, quia circa Dei mandata versari debet Salomoni à patre commendata custodia: sic Zachar. cap. 3, v. 7: Et custodiam meam custodieritis. Levit. 18, ubi Vulgatus: Custodite mandata mea, Hebr. est: Custodite custodiam meam. Item Numer. 18, ubi noster: Excubabunt Levitæ ad præcepta tua. Hebr.: Custodient custodias tuas. Quod verò sequitur, explicatio est hujus sententiæ, et illius cum epitasi mira amplificatio. Cum enim verba idem significantiæ conglobantur, magnum additur orationi pondus. Quare idem valent hoc loco, custodia,

(1) Ad litteram: Vado in viam omnîs terræ. (Calmet.)

S. S. X.

viam, ceremoniæ, præcepta, judicia, testimonia, sicut aliis plurimis Scripturæ locis, qualia in psalmo 118, millies occurrunt. Qui hæc servat ille planè vir est, qui et prudentiam ostendit suam, dum utilia atque honesta amplectitur et colit, et virilem constantiam, dum in illorum studio strenuè perseverat, et quidem potentes sunt et animo præditi virili, qui se divinis subjiciunt mandatis, et affectionibus suis vim afferunt, illasque licet repugnantes, et invitas ad divinæ voluntatis imperium attemperant. Sic sanè de Angelis cecinit David psalmo 102, v. 20: Benedicite Dominum, angeli ejus, potentes virtute facientes verbum illius. Neque sine causâ præceptum custodia dicitur, quia dum servant, ipsum servantem servant atque custodiunt.

SICUT SCRIPTUM EST IN LEGE MOYSI, UT INTELIGAS UNIVERSA, QUÆ FACIS, ET QUOCUMQUE TE VERTERIS. Deut. cap. 17, v. 16, traduntur præcepta, quæ rex ex quo primùm constitutus fuerit, servare debet; et primùm jubetur rex, ut transcribat Deuteronomium, illudque sibi habeat familiare, et assiduè legat. Ad hoc, opinor, spectat præcipuè illud, ut intelligas universa quæ facis. Neque enim regum consilia, aut facta dissidere debent à divinâ lege, à quâ si aliquâ ratione deficiant, distorqueant necesse est universa, quæ faciunt, et quocumque se verterint, errent à scopo, quem intueri debent, et ab honesto exitu, qui nunquam sequitur eos qui suis potiùs abducuntur affectibus, quàm divinæ obsequuntur voluntati, quam nobis lex proponit et honesta ratio. Hæc primùm et præcipuum mandatum est, quod moriturus pater optimus tradidit filio. Neque id mirum, cum ipse nihil habuerit antiquius, quàm divinis adhærere mandatis; quæ quia in corde suo altè condiderat, ex eis semper aliquid eructabat; et quod assiduè meditabatur adolescens, id etiam senex, et jam moribundus, cum exhalaret animam, inhalare voluit Salomonis pectori.

VERS. 4. — UT CONFIRMET DOMINUS SERMONES SUOS, QUOS LOCUTUS EST DE ME DICENS: SI CUSTODIERINT FILII TUI VIAS SUAS, etc. (1). Sæpè

(1) Que si ses enfants demeureraient fermes dans leur voie, et marchaient dans la vérité, de tout leur cœur et de toute leur âme, il aurait une suite continuelle de successeurs qui seraient assis après lui sur le trône d'Israël. Il avait sans doute un très-grand sujet de recommander à Salomon de demeurer ferme dans sa voie, c'est-à-dire, comme il l'explique, de marcher dans la vérité de tout son cœur, puisque c'a été pour s'être écarté de cette voie de la vérité, que

18